gg) 301^b—307^b Additamenta ad cantica Orosii. *Inc.* „Benedicta semper“. *Expl.* „Contentum sumat.“

hh) 308^a—432^b Sermones **Joannis Sylvani Publicani**. *Inc.* „Inspicie et fac“. *Expl.* „talento dampnari. In vigilia Epiphanie fecit finem huic operi transactis ab incarnatione domini annis M^oCCCC^oIX^o regnante domino nostro Jesu Christo, cui sit laus per infinita secula amen.“

ii) 432^b **Clemens pontifex** I. de quadragena.

kk) 433^a—444^b Fragmenta ex scriptura sacra cum annotationibus germanicis coaevis. *Inc.* „Egressus Iesus“. *Expl.* „in communi resurrectione.“ (Cum notis marginalibus germanicis.)

ll) 445^a—491^b **Ulrici** cuiusdam ut videtur (vide fol. 481^b) liber de sacramentis cum commentario. (Finis deest). *Inc.* „(O)mnen scienciam et omnem doctrinam“. *Expl.* „facit contra dei . . .“

In utroque tegumine fragmenta eiusdem codicis saec. XV. scripturam sacram exhibentis adglutinata sunt.

In folio 96^a legitur a manu saec. XV. scriptum: „Iste liber est domini Johanni plebanis in Lewbitz Tarank. (?)“

III. Codices Latini saec. XV.

51.

Cod. chart. saec. XV. in fol. 376.

- a) 1^a—375^b Sermones in s. evangeliis. (Init. deest.)
Inc. „Joseph non despousacione futuras“. *Expl.* „ac salutis eterne amen.“
- b) 376^{ab} Vacant. In fol. 376^b leguntur quaedam notae de provenientia codicis, nempe:

„Liber iste pertinet conventui de Lellez anno domini millesimo quadragesimo decimo quarto. (Manus alia add.:) Organista depinxit. Reverendissimus dominus Benedictus Kornys episcopus Driwasthensis . . . ante praepositus de Lellez.“ (Cum insignibus. Benedictus Kornys a. 1512. fuit episcopus Drivastensis.)

52.

Cod. chart. saec. XV. fol. 271.

- a) 1^a—225^a Jacobi de Forlivio quaestiones in primum et secundum librum Galeni. *Inc.* „Circa libros tegni Galeni“. *In fine*: „Explicant questiones super primo libro Tengni per egregium arcium et medicina doctorem monarcam magistrum Jacobum Delature de Forlivio Padue compositae et scriptae anno domini 1407.“

b) 225^a—267^b Eiusdem quaestiones in librum tertium. *Inc.* „Queritur primo circa tertium“. *Expl.* „pro isto est dicendum.“ (Reliqua desunt.)

c) 268^a—269^b Vacant.

d) 270^a—271^b Tituli quaestionum primi libri **Tegni Galieni** magistri **Jacobi de Forlivio**. *In fine legitur*: „Explicitiunt questiones et tituli questionum egregii viri et doctoris eximii magistri Jacobi de Furlivio, scripte per me Johannem Rannher de Patavia famulum magistri Hermanni Haym de Rattenburga arcium et medicine doctoris et alme universitatis Wienensis rectoris. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo 2°, sabathо ante Lucie.“ Sequuntur quaedam notae de Hermanno Haym.

Codex a. 1640. collegii soc. Jesu Sopronii.

53.

Cod. chart. saec. XV. binis columnnis exaratus. fol. 311.

a) 1^a—79^b (Initium deest.) Tractatus de corpore Christi. *Inc.* „Corpus Christi veritas est“. *Expl.* „cordibus nostris etc. Explicit libellus, qui est compilatus sub anno domini millesimo CCCLXXXVIII. utpote d. IIII. c. primo, tractatus eiusdem, per devotissimum magistrum Mathiam studii Pariziensis necnon bacc. sacre theologie.“

b) 80^a—81^a Tractatus de regimine propriae personae. *Inc.* „Quoniam ut apostolus“. *Expl.* „beate virginis matris dei.“

c) 81^b—82^b **B. Augustini** liber de honestate mulierum. *Inc.* „Nemo dicat“. *Expl.* „ab omni malo amen.“

d) 82^b—84^b **B. Augustini** liber de contemptu mundi ad clericos. *Inc.* „Audite fratres“. *Expl.* „secula seculorum amen.“

e) 84^b—86^a **B. Augustini** liber de formula honestae vitae. *Inc.* „Petis a me“. *Expl.* „gloria mea in domino amen.“

f) 86^a—89^a **B. Augustini** liber de disciplina christiana vel doctrina. *Inc.* „Locutus est ad nos“. *Expl.* „ad dominum amen.“

g) 89^b — 92^a **B. Isidori** liber de norma vivendi. *Inc.* „Age fili ut“. *Expl.* „didicisti perceptione.“

h) 92^a—97^a **Augustini** liber de duodecim abusionibus saeculi. *Inc.* „Duodecim sunt“. *Expl.* „in futuro amen. Explicit liber Augustini de XII abusionibus seculi per manus Nicolai Bartholomei de de (*sic*) Frewdental etc. anno domini 1413.“

i) 97^b—98^b Vacant.

k) 99^a—202^b Tractatus de sacramentis. *Inc.* „Non est opus“. *Expl.* „sed reprobacio“ . . . (Finis deest.).

l) 203^a—283^b Opus de decem praeceptis. *Inc.* „Omnibus diebus“. *Expl.* „in sexto precepto, et sic est finis horum preceptorum deo gratias.“ (Cum marginalibus germ.)

m) 284^a—287^a (Init. deest.) **Richardi** opus de interiore homine. *Inc.* „aliter vero oculi“. *Expl.* „demonstrare. Explicit Rychardus de interiori homine.“

n) 287^a—306^a Magistri **Hugonis** paradisus animae. *Inc.* „Sunt quedam via“ . *Expl.* „secula seculorum amen.“

o) 306^b—309^b Oratio dominica cum commentariis. *Inc.* „Pater non dominus“. *Expl.* „affectu dicenda est. Explicit opus per manus Nicolai de ffrewdental sub anno domini M^oCCCC^o 12^o.“

p) 309^b — 311^b Tractatus de arte moriendi. *Inc.* „Si veraces“. *Expl.* „laudabiliter observatur. Explicit tractatus de arte moriendi per cancellarium Parisienssem editus; volumen Vallis s. Anthonii in Lechnicz Carthusiensis ordinis anno domini M^oCCCC^o XLV^o.“

q) 311^b Notae de invenienda littera dominicali et de numero aureo.

In tegumine posteriori notae a manu saec. XV. scriptae de medicamentis contra varios morbos adglutinatae sunt.

Codex olim monast. Lechnitzensis Carthusianorum.

54.

Cod. chart. saec. XV. fol. 210.

a) 1^a—76^a (Initium deest.) Opus de decem praeceptis.

Inc. „... incarnatus pro salute“. *Expl.* „Expliciunt decem precepta sub anno domini millesimo CCC^o XIII^o. amen solamen.“

b) 76^b—77^b Fragmentum de mala cogitantibus in cordibus suis. *Inc.* „Ut quid cogitatis“. *Expl.* „tu autem domine miserere nobis.“

c) 78^{ab} Vacant.

d) 79^a—83^b Glossa in vulgari (germanica lingua) super canticum. *Inc.* „Osculetur me“. *Expl.* „et cetera das.“

e) 83^b—87^b Tractatulus de usura. *Inc.* „Dicturi de usuris“. *Expl.* „sicut scis et cetera.“

f) 88^{ab} Vacant.

g) 89^a—135^b Tractatulus XV. libris comprehensus de diversis consolationibus et de consolatione theologiae. *Inc.* „Quoniam secundum“. *Expl.* „insidias attingi.“

h) 136^{ab} Vacant.

i) 137^a—209^b Compendium magistri **Conradi Ebraco** de confessione ac aliis requisitis. *Inc.* „Superbia est ut“. *Expl.* „Explicit compendium magistri Conradi Ebraco ordinis Cisterciensium de confessione ac aliis quo requisitis, et est completum sub anno domini M^o CCCC^o XIII. in vigilia Penthecosten, hora quasi decima.“

k) 210^{ab} „Continentia huius voluminis“ et varia fragmenta.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Cärtthusianorum.

55.

Cod. chart. saec. XV. fol. 123.

a) 1^a—47^a **B. Isidori** libri de summo bono. (Init. mutilum.) *Inc.* „similitudinis appellatus est“. *Expl.* „letificandos includit amen.“

b) 47^a—48^b „Incipit visio eiusdem fratris Isidori de summo bono.“ *Inc.* „Fuit quidam frater“. *Expl.* „dei et tui nominis Jesu Christe.“

c) 48^b—60^a **B. Augustini** episcopi tractatus ad matrem de modo vivendi. *Inc.* „Noverit dulcissima caritas“. *Expl.* „per infinita secula seculorum.“

d) 60^a — 67^a „Incipit liber **B. Augustini** de decem cordis (*sic*). *Inc.* „Dominus et deus noster“. *Expl.* „ibi invenimus amen.“

e) 67^b—71^a **B. Augustini** speculum peccatoris. *Inc.* „Quoniam karissimi in via“. *Expl.* „Qui est in secula benedictus amen.“

f) 71^{ab} Speculum animae magistri **Heynrici de Hassia**. *Inc.* „Anima mea novi“. *Expl.* „regnum coelorum et non“. (Nonnulla folia desunt.)

g) 72^a — 73^a (Init. deest.) **B. Isidorus** de norma vivendi. *Inc.* „ne erubescas loqui quod“. *Expl.* „quod didicisti perceptione.“

h) 73^a—82^b Tractatulus de lucta rationis et conscientiae. *Inc.* „Multorum tam clericorum“. *Expl.* „Et est finitus in vigilia trinitatis anno domini 1417.“

i) 82^b—85^a Tractatulus de quatuor instinctibus. *Inc.* „Semen cecidit in terram“. *Expl.* „secura erit conscientia.“

k) 85^b—88^a Tractatus de quatuor temporibus, de septuagesima, quadragesima, quinquagesima et de rogationibus. *Inc.* „Ieiunia quatuor temporum a Cagliixo“. *Expl.* „devote debemus.“

l) 88^b—93^b Tractatus de officiis sacerdotum. *Inc.* „(Q)uasi stella matutina“. *Expl.* „et spiritus sanctus amen.“

m) 94^a—105^a **Hugonis de S. Victore** liber de bono conscientiae. *Inc.* „Domus haec in qua“. *Expl.* „vel ubi nescire.“

n) 105^b—107^b **B. Augustini** liber de dulci ammonitione animae. *Inc.* „Anima mea si vis“. *Expl.* „quam celescium (corr. in marg.: terrestrium) occupacione.“

o) 107^b—111^b **Augustini** liber de salute animae. *Inc.* „Quoniam in medio laqueorum“. *Expl.* „ut amem deum meum.“

p) 111^b—123^b **B. Augustini** liber soliloquiorum animae de ineffabili dulcedine dei. *Inc.* „Agnoscam te domine“. *Expl.* „me dum cognovi te.“ (Fol. 123. mancum, reliqua desunt.)

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

56.

Cod. chart. saec. XV. binis columnnis exaratus fol. 257.

a) 1^a—114^b **Jacobi Alexandrini** postilla quadragesimalis. *Inc.* „Filia populi mei induere“. *Expl.* „parce servo tuo. Explicit Jacobinus de quadragesima.“

b) 115^a—249^a **Wilhelmi Parisiensis** summa epistolarum dominicalium. *Inc.* „Hora est iam nos“. *Expl.* „omnibus alienis. Explicit summa epistolarum edita per magistrum Wilhelmum venerabilem cancellarium studii Parisiensis, scripta per Martinum de Ostravia

anno domini M^o.CCCC^o.XVIII^o. Sabbato post festum Iohannis Baptiste.“

c) 249^a—252^a Legenda in singulis feriis. *Inc.* „Romanos XVIII“. *Expl.* „hoc facere presunit.“

d) 252^a—255^b Summa de processu iudicii. *Inc.* „(A)n-tequam dicatur de processu“. *Expl.* „sub compendio dicta sufficiunt.“

e) 256^a Vacat.

f) 256^b—257^b „De sancta Katherina quomodo ipsa fuit concepta (ista leguntur in libris annalibus sive cronicis Romanorum, quod idem est.)“ *Inc.* „Costos fuit pater“. *Expl.* „post hoc sequitur legenda.“

g) 257^b Notabilia bona continentia interpretationem germanicam quarundam expressionum latinarum. *Inc.* „Abstractum eyn aws czog der materien“. *Expl.* „Intellectus speculations wmvirkynde vornumft“. (Reliqua desunt.)

Codex olim monast. Lechnitzensis Carthusianorum.

Országos Széchényi Könyvtár

57.

Cod. chart. saec. XV. *exeun.* 4^o. 375.

a) 1^a—2^b Vacant. Fol. 1^a post quasdam notas legitur: „una marca“ (forsitan pretium voluminis.)

b) 3^a—370^a **Iohannis de Balbis** (de Ianua) Catholicon seu nomenclator (continens litt. A—D). *Inc.* „Alma interpretatur virgo“. *Expl.* „veste gratie suppli- candum. Sequitur de ista littera E. etc.“

c) 370^b—375^b Vacant.

In tegumine exteriori legitur a manu saec. XV. scriptum: „Lechnitz carthusiensibus fratribus.“ Codex postea monasterii Elephantensis ord. s. Pauli.

58.

Cod. chart. saec. XV. 4^a. 220.

- a) 1^a—218^a **Iohannis de Balbis** (de Ianua) Catholicon seu nomenclator (continens litt. E—K). *Inc.* „Ecclesia convocacio“. *Expl.* „eleyson miserere. Et istam particulam Katolicon ego Paulus finivi Struberge in camera inferiori in scolis die dominico in festo Allexi sub anno domini M^o.CCCC^o.XVIII^o.“
 - b) 218^b—220^a Vacant.
 - c) 220^b Fragmentum de Eucharistia.
-

59.

Cod. chart. saec. XV. fol. 292.

- a) 1^a Index codicis. (1^b vacat.)
- b) 2^a—61^a Liber pastoralis **sancti Gregorii** papae scriptus ad Iohannem Ravennatem. *Inc.* „Pastoralis cure me“. *Expl.* „dare permisisti amen.“
- c) 61^a—142^a **Sancti Gregorii** papae Dialogorum libri quatuor. *Inc.* „(Q)uadam die“. *Expl.* „Expliciunt IIII^{or} libri dialogorum beati Gregorii pape sub anno domini CCCCXX^o sabbato ante festum sancti Luce evangeliste.“
- d) 142^b Vacat.
- e) 143^a—223^b **Beati Augustini** sermones seu liber quinquaginta homiliarum. *Inc.* „Notans genus huma- num“. *Expl.* „explicit liber quinquaginta omelialium beati Augustini sub anno domini millesimo CCCC^oXX^o.“
- f) 223^b—231^b Tractatus contemplationis. *Inc.* „(C)onfitebor tibi“. *Expl.* „exemplis est informatio.“
- g) 231^b—255^a **Innocentii III.** liber de miseria humanae conditionis. *Inc.* „Domino patri . . .“. *Expl.* „ardens in secula seculorum.“ Fol. 255^b sequitur regestrum tertii libri et nota de auctore operis.

h) 255^b — 266^a **B. Augustini** liber contemplationis sive de salute animae. *Inc.* „Quoniam in medio“. *Expl.* „occupatione delectantur amén.“

i) 266^a—269^b Tractatus geographicus de imagine mundi. *Inc.* „Tres sunt partes“. *Expl.* „breviter expedita.“

k) 269^b Figura domini nostri Jesu Christi. *Inc.* „Legitur in libris annalibus“. *Expl.* „naturam secuti sunt.“

l) 270^a—291^a **Hugonis** tractatus de custodia virginitatis libri duo ad socium volentem nubere. *Inc.* „Semper quidem frater“. *Expl.* „in domino Iesu Christo.“

m) 291^b—292^b Vacant.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthus. Scriptus ab Johanne quodam, qui fol. 61 ante prologum in Gregorii libros dialogorum haec de se memoriae tradidit: „Jo huius est prima, han secunda, nesque suprema, Qui hoc scribebat trisyllabum nomen habebat.“

Országos Széchényi Könyvtár

60.

Cod. chart. saec. XV. fol. 162.

a) 1^a—73^b **Petri Lombardi** sententiarum liber quartus cum commentario. (Primum folium deest.) *Inc.* „Christi in quo“. *Expl.* „fient in die iudicii.“

b) 74^{ab} Vacant.

c) 75^a—162^a **Petri Lombardi** sententiarum liber quartus cum alio commentario. *Inc.* „Samaritanus enim vulnerato“. *Expl.* „retropensacione omnis matrimonii“. (Deest folium.). *In fine:* „Explicit liber quartus sententiarum in vigilia beati Martini episcopi et confessoris sub anno domini millesimo quadragecesimo (!) vicesimo quarto per manus cuiusdam Nicolai de Lisacow alias de Radlino clerici Cracoviensis dyocesis.“

In fol. 162^a legitur: „Iste liber comparatus est domino Sulislao predicatore tunc temporis in Iaslo predicanti, et taxa ipsius in summa due marce absque ligacione et continet in se sexternos quindecim. Actus et datus in fryeustat vel quasi in domo sanctifici viri Swauthoslaj rectoris scholarum sub anno quo supra.“

Olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

61.

Cod. chart. (cum fol. membr.) saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 172.

a) 1^a—171^b Sermones sancti evangelii (Initium deest.). *Inc.* „... omnes mulieres“. *Expl.* „... ad quod perducat etc.“

b) 172^{ab} Notae de s. Margaretha filia Theodosii patriarchae. *Inc.* „Margaretha dicitur a quadam“. *Expl.* „dilacerant.“

In teguminibus fragmenta orationis germ. saec. XV. ad beatam Mariam virginem adglutinata sunt. *Inc.* „Du allersüsste jungfrau Maria ...“

In fol. 171^b legitur: „Andree est liber iste anno domini 1427.“ Item in tegumine priori: „Iste liber est domus vallis sancti Antonii prope Lyechnycz ordinis fratrum Carthusiensium 1427.“

62.

Cod. chart. saec. XV. fol. 197.

a 1^a — 22^b (Initium deest.) Liber dialogorum. *Inc.* „Cunctis videntibus repente“. *Expl.* „Et sic est finis istius libri dyalogorum, et est finitus scripture per Iohannem Vite de Llabischin vicarium tunc temporis in Ilkus hora XXI. sub anno nativitatis domini millesimo CCCC. XL. et tunc scribebatur aureus numerus 16, littera dominicalis bissextri CB indicatione 3. in die sancti Francisci.“

b) 23^a—28^b **B. Augustini** liber de vita christiana.
Inc. „Ego Augustinus primus peccator“. *Expl.* „Explicit liber beati Augustini de vita christiana anno domini millesimo CCCC. XL. feria VI. proxima post festum beati Andree hora XIX. in domo domini plebani in Ilkus per Johannem de Llabischin scriptus.“

c) 29^a—30^a Fragmenta de deo, de Iesu Christo, de b. Maria virg.

d) 30^a—35^a Epistolae b. **Hieronymi** ad Vigilaneum, ad Nepotianum, ad Heliodorum. *Inc.* „Ecce autem asserit“. *Expl.* „eius causa decet domino.“

e) 35^b—36^b Vacant.

f) 37^a—71^b **B. Gregorii** papae libri pastorales. *Inc.* „Imperiti ne venire ad“. *Expl.* „ex hiis, que dicta sunt“ etc. In fine „Johannes Smyalka finivit Petri filius de Costan“; fol. 64^b autem „Per me Johannem de Costan ab Smyaly (*sic ex Smylka.*)“

g) 72^a—99^a Orationes in concilio Basiliensi habitae. *Inc.* „Deus in adiutorium meum intende“. *Expl.* „in concilio Basiliensi celebrata 1433.“

h) 99^b—100^a Notae de bonis temporalibus. (100^b vacat.)

i) 101^{ab} Gaudia sanctorum in coelis. *Inc.* „Et notantur hic gaudia“. *Expl.* „domini XII menses etc.“

k) 102^a—197^b **S. Thomae** quodlibetum (Finis deest.). *Inc.* „Quesitum est de deo“. *Expl.* „In contrarium est quod nullus . . .“

In tegumine fragmentum codicis saec. XIV. continens bibliam sacram adglutinatum est.

In tegumine priori leguntur hae notae a manu saec. XV. scriptae: „Pro magistro Mathia de Cobilino professore.“ Inferius: „Hic liber datus est domui vallis sancti Anthonii prope Lechnicz Carthusiensis ordinis ab egregio doctore Mathia de Cobilino anno domini 1490.“

63.

Cod. chart. saec. XV. binis columnnis exaratus. fol. 559. cum init.

a) 1^a — 558^a (Init. deest.) **Iohannis de Ianua** (de Balbis) prosodia et catholicon (universale). *Inc.* „finitur autem omnes“. *Expl.* „idest sucie vide in M. Explicit universale Johannis de Janua fratris de ordine predicatorum; et est finitum in Zglobuci in metis Eusie 1444. per manus Swantheslai dieti Uawosch filium Urbani de Crzyzanow per pecuniam autem Michaelis Venceslai de Conyn. Sabbatho proximo post Elyzabeth festum sub anno domini millesimo quadricentesimo quadragesimo quarto. etc. Michule pros: zaswanthea boga crista.“

b) 558^b—559^b Vacant.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

64.

Országos Széchényi Könyvtár

Cod. chart. saec. XV. 4^e. 326.

a) 1^a—13^b Notae et lectiones ad varia festa; notae super sanctis et verbis evangelii.

b) 14^a—18^b Tractatus de vera amicitia. *Inc.* „Venerabiles patres magistrique“. *Expl.* „ad alta presumptuosus cadit.“

c) 19^a—20^a Vita s. Burchardi. *Inc.* „Fuit quedam abbatissa“. *Expl.* „dominum in sanctis suis.“ (20^b—21^a vacant.)

d) 21^b—33^b Tabulae chronologicae de a. 1444. ad a. 1519., calendarium generale et tractatus ad usum tabularum necessarius. *In fine*: „Et sic est finis harum tabularum de quo sit Ihesus Christus benedictus in seculus (!) anno 1448. Crac. infra octavas visitationis beate Marie etc.“

e) 34^a—57^b Commentaria ad versus morales. *Inc.* *versus*: „Cartula nostra mandat tibi“. *Expl.* „optusit nos in cogitando.“

f) 58^a—77^b **Prosperi Aquitani** liber de vita contemplativa. *Inc.* „Iste Prosper fuit Equitanicus“. *Expl.* „Explicit liber Prosperi feliciter, ingrossatus per Wenceslaum anno determinationis eius in gradus artium. Finitus feria secunda in ad vincula Petri, donum M.CCCC.XLVI^o. libro Parisius allato scriptus Crac.“

g) 78^a—137^a **Pseudo Ovidii** de vetula, cum prae-
fatione Leonis protonotarii sacri palatii Byzant. *Inc.* „Ovidius Naso“. *Expl.* „Et sic finit Ovidius de vetula
feria secunda post iudica etc. anno domini M^o.CCCC.XLIV^o
Crac.“ (Inter fol. 133 et 134 duo folia evulsa sunt.)

h) 137^b—142^b Doctoris cuiusdam sacrae theologiae
Palaestra cum prooemio. *Inc.* „Sceptritentis aiat solers
mea Clio palestram“. *Expl.* „ferox circilio peltis.“ (In
fine aliquot folia deesse videntur.)

i) 143^a—148^a In **Petri Lombardi** quartum librum
sententiarum Registrum sententiarum secundum dis-
tinctionem et terminum alphabeti.

k) 148^b—149^b Vacant.

l) 150^a—154^a Disticha de creatione etc. (ad opus
sequens pertinentia). *Inc.* „A domino factus“. *Expl.*
„karitas tua per sacramenta“

m) 154^a Brevis quidam index in **Petri Lombardi**
quatuor libros sententiarum.

n) 155^a—213^a **Petri Lombardi**, libri quatuor sen-
tentiarum. *Inc.* „(A)d preces scholarum dum essem“. *Expl.* „duabus alis volabat. Et sic est finis huius libri
sententiarum. i. libelli de materia sententiarum editi
continentis in se omnes distinciones cum conclusioni-
bus quatuor librorum sententiarum, et fert breviter
totam materiam libri sententiarum post quo *etc.* et est
manufactae die sabbati in undecim milia virginum hora

24. Crac. per Wenceslaum in loco Misziae anno domini M^o.CCCC^o.XLVII^o.“ (Sequuntur notae.) Vide registrum huius operis sub littera *i*).

o) 213^b—235^b **Marci Bonifilij** sermones I. de conceptione gloriosissimae virginis Mariae (*Inc.* „Liber generationis..“. *Expl.* „erat subditus illis.“) II. de assumptione b. virg. Mariae (*Inc.* „Veni de Libanon veni“. *Expl.* „beata dei genitrix.“) III. de annunciatione b. Mariae virg. (*Inc.* „(D)e ypostatica unione“. *Expl.* „et leticia audiamus.“); ex quorum numero sermo secundus et tertius collectus et peroratus est Cracoviae.

p) 236^a—264^a Quaestio de conceptione b. Mariae virg. edita et disputata per magistrum **Paulum Piczkowski** professorem sacrae theologiae Cracoviae 1447. *Inc.* „Ne respondebo“. *Expl.* „hec ille.“

q) 264^a Eiusdem **Pauli** ad b. Mariam virg. hymnus. *Inc.* „Ergo cuncti iubilemus“. *Expl.* „de hoc purgando (?) Amen.“

r) 265^a Fragmentum sermonis de conceptione b. Mariae Virginis. *Inc.* „Nec dum erant abissi“. *Expl.* „et pudicum.“

s) 265^a—267^a Vacant.

t) 267^b—269^b Sermo de s. Catharina et aliis virginibus. *Inc.* „Salvator noster dominus“. *Expl.* „gloriam eternam ad quam etc.“

u) 269^b—271^b Sermo in festo omnium sanctorum et apostolorum et martyrum. *Inc.* „Quilibet gestiens“. *Expl.* „que et quanti passa sunt etc.“

v) 272^a—319^a **Sedulii (Caelii)** collatio veteris et novi testamenti. In initio habetur registrum. *Inc.* „Pascales quicunque dapes“. *Expl.* „per tanta volumina libros. Explicit Sedulius scriptus plocis in scola castri per manus cuiusdam Wenceslai pauperis finitus feria quarta ante propane (*sic*) ante festum sancti Johannis Baptiste anno domini 1440.“

w) 319^b—326^b Notae de septem vitiis principalibus, de vitiis sodomiticis, notae et excerpta ex operibus **Celestini papae**, b. **Augustini** et aliorum. Passim cum interpretatione polonica.

65.

Cod. chart. saec. XV. 4^o. 438.

a) 1^a—61^b Opus de passione domini. *Inc.* „O vos omnes, qui transitis“. *Expl.* „Passioni. Passio hec per me Bartholomeum de Monstriberg quondam predicatorum in civitate Leotschaw conscripta et predicata, peto lectorem etc. Anno domini M^oCCCC^oLIII^o in die S. Germani.“

b) 62^{ab} Notae de morte, de verbis s. Augustini etc.

c) 63^a—71^b Duo sermones de resurrectione domini cum vocabulis germanicis textui latino insertis. *Inc.* „Refloruit caro mea“. *Expl.* „Cristus surrexit. Anno etc. LVI^o.“

d) 72^a—112^b Liber exemplorum secundum ordinem alphabeti. *Inc.* „Antiquorum patrum exempla“. *Expl.* „eiusdem ecclesie possit intrare.“

e) 112^b—115^b Sermo de corpore Christi. *Inc.* „Memoriam fecit“. *Expl.* „deo gratias et b. Marie virginis.“

f) 116^a—157^a Exempla quaedam excerpta de libro, qui intitulatur „universale bonum sive apiarium“ continens quatuor tractatus sive partes. *Inc.* „Accidit, quod quidam canonici“. *Expl.* „Tunc feminam dereliquit.“

g) 157^b—162^a Registrum eorundem exemplorum secundum ordinem alphabeti. *In fine* : „Et finitum hoc opusculum anno incarnationis domini M^oCCCC^oXLVIII^o die Sabbatho ante festum Jacobi apostoli.“

h) 162^a—177^a De sacramento eucharistiae quattuor contemplationes. *Inc.* „Memoriam fecit“. *Expl.* „regnat in sempiternum amen etc. Et ffinitum hoc est opusculum anno incarnationis domini M^oCCCCXL^{mo} octavo die Sabbato proximo post festum sancte Anne.“ (177^b Nota de laude sanctorum.)

i) 178^a—181^b Sermo de omnibus sanctis. *Inc.* „Laudemus viros gloriosos“. *Expl.* „adimpleri in vobis.“

k) 181^b—182^b Historia templi Pantheon. *Inc.* „Racio quare hec festivitas“. *Expl.* „in sanctis suis deo gracias et marie.“

l) 182^b Unde orta sit haec laudabilis consuetudo orandi pro mortuis. *Inc.* „Respondet Damascenus“. *Expl.* „ad eas intencioni.“

m) 183^a—185^b Sermo de animabus. *Inc.* „Hec commemoracio omnium fidelium defunctorum“. *Expl.* „tempore adventus in civitatibus predicari potest.“

n) 186^a—188^b Sermo de dilectione. *Inc.* „Sepe dominus Iesus interrogatus a legis doctoribus“. *Expl.* „incipit esse amicus dei, ipse mutatus est etiam (!) deus.“

o) 189^a—191^a Sermo secundus de dilectione. *Inc.* „Ex quo deus gloriosus in tantum nos dilexit“. *Expl.* „et conclude.“

p) 191^a **B. Gregorius** de caritate. *Inc.* „Sicut deus“. *Expl.* „sepe labuntur.“

q) 191^b—194^a Sermo tertius de dilectione. *Inc.* „Prehabitum est in sermonibus“. *Expl.* „amat deum. Deo gracias et b. marie.“

r) 194^b Signa divini amoris. *Inc.* „Sciendum que sunt“. *Expl.* „et honorifica sacerdos etc.“

s) 195^a—199^b Sermo primus de dilectione proximi. *Inc.* „Prout ex antedictis“. *Expl.* „in hoc devoto tempore.“

t) 200^a—203^b Sermo secundus de dilectione proximi.
Inc. „In predicacione proxima“. *Expl.* „filius dei in eternum . . . benedictus.“

u) 203^b—208^a Sermo de dilectione inimici; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Racio ad“. *Expl.* „in secula seculorum.“

v) 208^{ab} **Chrysostomus** de dilectione. *Inc.* „Si inimicicie semel“. *Expl.* „et protegit.“

w) 209^a—213^a Sermo alias de dilectione inimici.
Inc. „Quum ut plurimum hostis et inimicus“. *Expl.* „Orant dominus Iesus etc.“

x) 213^b—217^a De dilectione filiorum et parentum; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Sunt aliqui et multi parentes“. *Expl.* „concedere dignetur.“

y) 217^b—222^b De dilectione inter virum et mulierem; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Ex quo ergo inter virum“. *Expl.* „de amore inter virum et mulierem.“

z) 222^b De illis, qui ducunt meretrices in uxorem.
Inc. „Dicit Canon“. *Expl.* „quibus dixit.“

aa) 223^{ab} De matrimonio. *Inc.* „Crescite et multiplicamini“. *Expl.* „materiam condependentem.“

bb) 224^a—228^b Sermo de optima virtute virtutum caritate. *Inc.* „Dicunt sancti doctores“. *Expl.* „Causa brevitatis.“

cc) 228^b Notae duae de amore puerorum erga parentes.

dd) 229^a—233^b Sermo de novo sacerdote. *Inc.* „Perfice concessus meos“. *Expl.* „fraus in dignitatibus invidia et supplantacio.“

ee) 234^a—241^b Sermo alias de novo sacerdote. *Inc.* „Amice ascende superius“. *Expl.* „soror et amica est.“

ff) 241^b—242^a De dignitate sacerdotum. *Inc.* „Ipsi enim dicuntur“. *Expl.* „perfice concessus meos.“

gg) 242^b — 248^a Sermo de angelis. *Inc.* „Angeli eorum semper vident“. *Expl.* „Cui sit honor et laus.“ (248^b vacat.)

hh) 249^a — 255^b Sermo de dedicatione. *Inc.* „Omnia que cum“. *Expl.* „sit laus in eternum Deo gracias et b. Marie. Lewtschorie predicari hunc sermonem.“

ii) 256^a **Hieronymus** de oblocutionibus sacerdotum. *Inc.* „Apostolicis viris“. *Expl.* „oblatum recipi potest.“

kk) 256^b — 258^b Alius sermo de dedicatione. *Inc.* „Post miraculum illuminacionis“. *Expl.* „utque in multis miraculis.“

ll) 259^a Fragmentum de Christi incarnatione, *Inc.* „Venit enim“. *Expl.* „venit et rapit vos.“ (259^b vacat.)

mm) 260^{ab} Quibus viris docti aut eruditi gratias agere debeant (*Inc.* „Si quis doctus“. *Expl.* „a quibus doctus est.“), et septem orationes ad Iesum Christum brevissimae.

nn) 261^a—336^a **Guidonis de Monte Rotherii** manipulum curatorum seu opusculum de instructione neophytorum curatorum. *Inc.* „Reverendo in Christo patri ac domino domino Raymundo“. *Expl.* „Et sic est finis, sit laus et gloria trinis amen.“ (277^{ab} vacant.)

oo) 336^b—338^b Magistri **Albici** experti medici aliorumque partim latinae, partim germanicae notae de pestilentia etc. Notae germ. medicinales: „Von der gestalt des Blutis“ et regulae germanicae in singulis mensibus etc.

pp) 339^a—347^b Tractatus de septem vitiis in fine mutilus. *Inc.* „Secundum magistrum et doctores“. *Expl.* „sacramentum eukaristie irrevertens.“

qq) 348^a—349^a Variae notae ex **Augustino, Paulo, Hieronymo** aliis sumptae de ecclesia, de sacro concilio etc.

rr) 349^b—351^a Sermo de beata Anna. *Inc.* „Arbor bona fructus“. *Expl.* „de prima parte huius sermonis.“

ss) 351^a—352^b Eiusdem auctoris de perversis mulieribus sermo. *Inc.* „Dixi quod in verbis domini“. *Expl.* „vitam concedet amen. Anno etc. LVI. coll. in profesto b. Adalberti . . . orat scriptor amen.“

tt) 353^a—356^b Dialogus pulcher inter magistrum et discipulum. *Inc.* „Discipulus ad magistrum“. *Expl.* „cui sit laus in eternum deo gracias et b. Marie. Anno 1456.“

uu) 357^{ab} **Richardus** quidam de dilectione parentum et filiorum. *Inc.* „Utrum pater carnalis“. *Expl.* „primis parentibus.“ Idem, quod vir magis debet diligere parentem, quam uxorem suam. *Inc.* „Quot (!) propter duas causas“. *Expl.* „patriam eternam.“

vv) 358^a—438^a **Nicolai de Dinckelspiel** (Dinkenpöhel) postilla, praedicata ab eo Wienne et conscripta super oratione dominica. *Inc.* „Siquid pecieritis patrem“. *Expl.* „Explicit expositio dominice orationis. etc.“

zz) 437^b—438^a (in marg. inferiori) **B. Leonis** papae dicta de incarnatione Jesu Christi.

aaa) 438^b Nota **b. Gregorii** super illo evangelio: „Miserunt Iudei etc.“

In tegumine posteriori fragmentum cantionum quarundam latinae nec non germanicae adglutinatum est.

Fol. 2. legitur a manu coaeva scriptum: „Liber domini Bartholomei plebani in Villa-Latina“, qui etiam magnam partem codicis exaravit.

66.

Cod. chart. saec. XV. binis columnnis exaratus. fol. 331.

a) 1^a—331^a Praedicationes super actis apostolorum. *Inc.* „Incipiunt actus apostolorum anno domini M° CCCC. LVII° in die . . . (sic)“ *Expl.* „Finis predicationis super actus apostolorum finitus est factus (?) anno domini MCCCLIX.“

Codex olim viri eiusdem Poloni (vide fol. 60-a), deinde alumnatus Agriensis episcopatus sub cura soc. Jesu.

67.

Cod. chart. saec. XV. 4° 419.

a) 1^a—4^b Cathecismus puerorum. *Inc.* „Primo sacerdos statuat“. *Expl.* „gressus suos. Gloria.“ (Reliqua desunt.)

b) 5^a—15^b Calendarium generale, tabulae chronologicae ad inveniendum cyclum solarem, litteram dominicalem, cisoianus etc.

c) 16^a—419^b Liber precationum, continens hymnos, preces, evangelium, **B. Pauli** ad Romanos et ad Thessalonicenses epistolae, genealogia d. n. Jesu Christi ex evangelio Matthei et Lucae excerpta et imprimis hymnus in laudem sancti Ladislai regis Hungariae (fol. 408^b), qui incipit „Salve rex benigne“. *expl.* „tibi laus et gloria amen.“

Fol. 11^a habentur duo circuli, in primo legitur: „Anno domini millesimo CCCC° quinquagesimo nono“. In secundo autem inscriptio sequens: „Iste liber est fratris Vindi (?) de lelez (sic recentior manus, quae in marg. *de lelez* ascripsit, in rasura; a prima manu erat: Thome (?) de . . .) professus ecclesie beati Ewstakii martyris de insula Theth ordinis premonstratensium, qui factus fuit presbiter anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, et officiavit anno etc. sexto, in dominica septuagesima; et in anno sequenti fuit interfectus Ladislaus strennuus miles filius Johannis waywode de Hiwnyad regni Hwngarie gubernatoris per suggestiones infidelium baronum regni Hwngarie“ etc.

68.

Cod. chart. (cum fol. membr.) saec. XV. fol. 282.

a) 1^a—281^b (Init. deest.) Biblia sacra, continens **libros Geneseos** usque ad **librum Hiobis**. *Inc.* „ei Agar Ysmael“. *Expl.* „senex et plenus dierum.“ (fol. 206^a legitur: „Et cetera rintfleisch, sequitur kalpfleisch.“)

b) 282^{ab} Sequuntur tres veritates seu conditiones verae contributionis secundum cancellarium Parisiensem **Iohannem de Gerson**. Sequuntur interrogations in articulo mortis fiendae per eundem cancellarium.

In tegumine leguntur variae notae a manu saec. XV. scriptae, inter haec: „Ambitus terrae 15.750 miliaria magna. Latitudo ad infimum 5011. miliaria magna et duo stadia.“

In tegumine priori: „Item istum librum comparavi ego Ladislaus Kaczynbraj in anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo etc.“

Codex olim monast. Lechnitzensis, postea autem monast. Elefanti ord. s. Pauli.

69.

Cod. membr. et chart. saec. XV. binis columnis exaratus. 4°. 104.

a) 1^{ab} et 104^{ab} Fragmentum codicis membr. saec. XIV. prooemium quoddam continens.

b) 2^a—103^b Biblia utriusque foederis abbreviata et compendiouse edita. *Inc.* „In principio creavit deus“. *Expl.* „vobis amen. Et sic est finis per dei gratiam amen. Explicit iste liber per manus fratris Michaelis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Jesus. Maria.“

Fol. 2^a legitur a manu saec. XVII. „Est conventus Rhemetensis. J. 26.“

70.

Cod. chart. saec. XV. fol. 201.

a) 1^a—27^a Libellus sive tractatus de confessione in quatuor partes divisus: 1. De confessoribus. 2. De confessionibus. 3. De interrogationibus in confessione faciendis. 4. De poenitentiis iniungendis. *Inc.* „Ad utilitatem eorum“. *Expl.* „Finitus de confessione libellus

sive tractatus anno domini 1433. feria quinta post Magdalene beate festum Crac. in bursa iuristarum per Johannem de Pelhrzimow.“

b) 27^a—38^b Sequitur alius tractatus de confessione. *Inc.* Quoniam fundamentum et ianua“. *Expl.* „et conscientiam puram.“ (7 vel 8 folia desunt.)

c) 39^a—158^b (Init. deest.) Sermones in s. evangeliis. *Inc.* . . . „videatur. De hiis“. *Expl.* „facte sunt ad messem.“

d) 159^{ab} Vacant.

e) 160^a—199^a Sermones **B. Augustini** episcopi ad heremitas. *Inc.* „Cupio vos scire“. *Expl.* „Expliciunt sermones beati Augustini doctoris episcopi ecclesie Ypponensis per fratrem Stanislaum Moravum de Oломутz anno domini etc. millesimo CCCC° LXIII°.VII° kal. Septembris.“

f) 199^b—201^a Epistola **B. Augustini** ad Victorianum presbyterum. *Inc.* „Suo dilectissimo et“. *Expl.* „si scripturas eius intentissime legeritis.“

Codex videtur olim Monasterii Lechnicensis fuisse.

71.

Cod. chart. saec. XV. fol. 85.

a) 1^a—76^b **Guidonis de Columpna** Historia Troiana. *Inc.* „(Li)cet quotidie vetera“. *Expl.* „(nunc alia manus addit:) Quod quidem opus factum est anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, eiusdem primae indictionis, feliciter amen. Explicit hoc opus octavo die ascensionis domini. Quod fecit fieri magnificus et egregius dominus Ladislaus de Egerwara gubernator episcopatus Waradiensis. Per me Matheum de Stara Anno domini Millesimo Quadragesimo Septuagesimo quinto. Anno et cetera.“

b) 77^a—78^b Epistola **Iohannis** presbyteri, qui dicitur rex regum, ad Emanuelem gubernatorem Romanum. *Inc.* „(P)resbiter Iohannes potentia“. *Expl.* „sicut in greculis tuis. Et sic est finis huius epistole.“

c) 78^b—79^b Treuga Amire zultani cum Iohanne de Hunyad, a. 1451. *Inc.* „(D)e gratia. Ego“. *Expl.* „Anno a principio mundi sex milia et nonagesimo et sexagesimo.“

d) 80^a—85^b Vacant.

Codex olim conv. Lauretani in Hung. ord. serv. b. M. virg.

72.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 188.

a) 1^a—18^b Tractatulus cuiusdam fratris ordinis Carthusiensis de eo, quomodo homo et maxime religiosus tendere debeat ad perfectionem, hoc est ad unam veram perfectam et spiritualem caritatem erga proximos. Praeedit brevis index. *Inc.* „Ecce quam bonum et quam“. *Expl.* „in eo fuerint radicati etc.“

b) 19^a—32^b Eiusdem ut videtur auctoris tractatulus de vera et falsa caritate inter fratres in unum habitantes. *Inc.* „Omnibus nostris virtutibus“. *Expl.* „per infinita s. s. amen.“ Praeedit brevis index.

c) 33^a—75^b Eiusdem auctoris tractatulus de peccatis caritati contrariis, scilicet impatientia, ira, invidia et odio ac suis filiabus atque nepotibus. *Inc.* „Visum est aliquantulum de vera“. *Expl.* „deus per infinita secula seculorum benedictus amen.“ Fol. 33^{ab} praeedit index.

d) 75^b—97^b Eiusdem, ut videtur, auctoris tractatus de suspicionibus, et initium praedictorum vitiorum est suspicio, quam suggerit spiritus mendax cordibus reliquorum. *Inc.* „In praedictorum quatuor vitiorum“. *Expl.* „quod nobis donare dignetur.“ Praeedit index.

e) 97^b—155^a Eiusdem auctoris tractatus de eo, quod sola discretio religiosis summe necessaria perducit sine errore ad perfectionem et finem bonum. *Inc.* „(B)o-num est sal luce.“ *Expl.* „de presenti etc. Explicit hoc opusculum anno domini millesimo sexagesimo septimo (*sic*, idest: 1467) feria sexta post octavam corporis Christi per fratrem Matheum Monachum carthusiensis ordinis professum in Leweld monasterio.“ etc. (155^b vacat). Praecedit index.

f) 156^a—176^b Tractatulus de sacramento corporis Christi, qui ut fertur editus fuit a quodam monacho ordinis Carthusiensis in maiori domo Carthusiae. *Inc.* „Venite ad me omnes“. *Expl.* „nec ineffabilia dicenda.“ (Fol. 156^a index operis.)

g) 177^a—178^a Epistola **B. Columbani** abbatis de contemptu mundi. *Inc.* „O tu vita quantos decepisti“. *Expl.* „regnat in secula seculorum amen.“

h) 178^a—182^b Tractatulus **B. Bernhardi** abbatis de oculo cognitionis et dilectionis. *Inc.* „Wlnerasti cor meum soror mea“. *Expl.* „et seculum per ignem amen.“

i) 183^a—188^b Vacant.

73.

Cod. chart. saec. XV. 8. I^o et 402.

a) I^ab Notae de provenientia codicis, et variae, „Vir-tutes agni dei seu agnus dei modo infrascripto confecti.“

b) 1^a—38^b Rubrica Strigoniensis continens notas in singulis festis anni. *Inc.* „Nota rubrica de adventu“. *Expl.* „dominicam: Vidi donum.“

c) 39^a—57^b Tractatus de arte moriendi. *Inc.* „Cum de presentis exilii“. *Expl.* „mors occupat mori discat.“

d) 58^a — 60^a (manu saec. XVI. scriptum) Nota de symbolo maiori quando cantari aut legi debeat ex collectali maiori capituli Scepusieñsis scripta. In fine: „et sic est finis 1517.“

e) 60^b Notae de constitutionibus synodalibus sequentibus a. 1460 editis, et de editore earum **Johanne Stock** praeposito Scepus. et physico Sigismundi regis Hung.

f) 61^a — 78^b Constitutiones synodales editae per **Joannem Stock** art. et medic. doctorem et praepositum Scepusiensem a. 1460. *Inc.* „Johannes Stock artium et medicine doctor“. *Expl.* „rebellio requiriет.“

g) 78^b—81^a Festa, quae sunt celebranda secundum constitutionem almae ecclesiae Strigoniensis et impedimenta cognationis spiritualis et legalis.

h) 82^a — 108^b Constitutiones et statuta synodalia almae ecclesiae Strigoniensis, edita per archiepiscopum **Demetrium** (1381—1386). *Inc.* „Sicut doctor summus et egregius“. *Expl.* „sedem apostolicam dispensari.“

i) 109^a—144^b Modus praedicandi. *Inc.* „Jesus Christus totius“. *Expl.* „sit deus benedictus amen.“

k) 145^a — 168^b Variae notae et notitiae super quaestiones theologicas et dogmaticas. Inter haec fol. 168^a litterae **Pauli Hunth** artium ac decretorum doctoris, datae „ex Rivulo Dominarum (*Nagybánya*) ante Urbani anno 1479“ de contrahentibus sponsalia.

l) 169^a — 181^a **Bonaventurae** cardinalis liber de doctrinis clericorum. *Inc.* „Omnis creatura deo“. *Expl.* „Expliciunt etc. sub anno domini 1469. in Leutschaw per Johannem Gerhardi de Aranyas scripte, feria III. quatuor temporum Penthecosten finite, anno eciam

quo idem Johannes novam missam in dei nomine decantavit.“ (181^b vacat.)

m) 182^a—184^b Excerpta ex tractatulo **S. Bernhardi** agens de eo, quomodo se sacerdos habeat, ante, infra et post officium divinum. (Initium deest.) *Expl.* „Sit laus deo. 1469. per Johannem Gerardi novellum presbyterum.“

n) 185^a—187^b Epistola **S. Hieronymi** ad Paulinum presbyterum. *Inc.* „Obsecro te Pauline“. *Expl.* „laus vero bonorum sit.“

o) 188^a Notae de canonibus provincialibus. *In fine*: „Hec Thomas lector Canonicus et vicarius in Scapus 1470.“ (188^b vacat.)

p) 189^a—206^a Tractatulus de custodia quinque sensuum. *Inc.* „Quanta mala incurruunt“. *Expl.* „1470. per Johannem Roznaw. editus et Gerardum scriptus.“

q) 206^b—210^a Variae notae de adulteriis (per **Roznawiensem**), de fornicatione presbyteri (per magistrum **Valentinum**), de quadragesima etc.

r) 210^b—211^b Vacant.

s) 212^a—218^a Tractatus de luxuria quam detestanda sit. *Inc.* „Miror de clericis cuius“. *Expl.* „nos emigrare iubeat.“ (218^b—219^b vacant.)

t) 220^a—248^b et 262^a Excerpta ex tractatu super omnis utriusque sexus. *Inc.* „Omnis utriusque etc“.. *Expl.* „Ex lectura domini H. de Odendorf iuris utriusque et arcium professoris super C. omnis utriusque sexus de pe et ne 1470.“

u) 249^a—255^b Excerpta ex Sacramentali Nicolai de Blonia. *Inc.* „Penitenciam agite“. *Expl.* „hec sunt excerpta ex Sacramentali venerabilis doctoris Nicolai de Blonia, ubi plura invenies que causa brevitatis omisi 1470.“

v) 256^ab Dubium, utrum omnis tactus mulieris alienae sit mortale peccatum.

w) 257^a—261^b Brevia excerpta ex Summa Innocentii. *Inc.* „Nota ut dicit Innocentius“. *Expl.* „hec ex summa Innocencii collecta ad presens sufficient 1470.“ (262^a—263^b Vacant.)

x) 264^a—267^b Variae notae de utilitate psalmorum, de ira, de confessione etc., inter haec etiam medicinales : „hora intrandi balneum“. „medicamen pro podagra.“ (268^a—271^a vacant.) *In fine*: „hys raptim conscriptis contentorum modo quia occupatus alys plura nunc scribere nequeo. Anno 1470 Leutschouie sabbato ante palmarum. hamar Jambor ember.“ Sequitur excerptum breve super omnis utriusque sexus.

y) 271^b Tabula numerorum aureorum ab anno 1464. usque ad an. 1483. (272^a—275^a vacant.)

z) 275^b—292^a Notae ex Hugone de S. Victore excerpta, legenda ad dominicas et festa annualia, multis vocabulis germanicis textui insertis. (292^b vacat.)

aa) 293^a—355^b Postilla ad evangelia. *Inc.* „A patribus gemitum“. *Expl.* „se nec adoret ait.“

bb) 356^a—389^a Tractatus de peccatis. *Inc.* „Letare filia Syon“. *Expl.* „Finitum Sabbato ante Margarethe anno LXII° per Io. Gerhardi de Araniash pro tunc scolasticum in Quintofforo. Laus deo Jesu meo. 1462“. Sequitur parabola de patientia. (390^a—391^b vacant.)

cc) 392^a—400^a Tractatulus de regimine pestilentiae. *Inc.* „In honorem sancte trinitatis“. *Expl.* „Scriptus in Leutschaw feria V in festo divisionis apostolorum per Johannem Gerardi hospitalensem qui venerat de predicatura Igloviensi apud honorabilem fratrem suum per dulcem comorans. 1473.“

dd) 40^b—4002^b Variae notae de pestilentia et preces a manu saec. XVI. scriptae.

In teguminibus leguntur de provenientia codicis: „Liber domini Johannis plebani Gilnitzensis 1507. obiit. Nunc vero d. Cristofori in Leubitz plebani, (et ab alia manu scriptum:) pro nunc autem Thome de monte Georgii 1515. in capitulo Scapusensi.“ (Idem legitur de Thoma de m. Georgii a. 1516 et 1517.) Anno 1628 codex collegii Tyrnaviensis erat soc. Jesu. — Codicem satis accurate descripsit *Joh. Csontosi* in „Magyar Könyv-Szemle“ 1879. p. 69—83.

74.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 232.

- a) 1^a—8^b, 13^{ab} Calendarium generale, et tabulae litterarum dominicalium.
 - b) 9^a—11^b Confirmatio **Lodomerii** archiepiscopi Strigoniensis a. 1293. super libertate ordinis fratrum et praelatorum praemonstratensium. (Sequuntur notae historicae de annis 1464—1473.)
 - c) 12^{ab} Genealogia domini nostri Iesu Christi.
 - d) 14^a—232^b (Finis deest.) Breviarium. *Inc.* „Beatus vir qui non abiit“. *Expl.* „terruerunt cor nostrum (?)“.
-

75.

Cod. chart. saec. XV. binis columnnis exaratus. fol. 474.

- a) 1^a Index codicis mutilus.
- b) 2^a—91^a **S. Thomae** theoria theologicae veritatis (*Inc.* cum titulis capitum.). *Inc. textus*: „Veritatis theoloyce sublimitas“. *Expl.* „recipiet sine fine amen.“
- c) 91^b Vacat.

d) 92^a—96^a Determinatio quaedam de vigore indulgentiarum. *Inc.* „Notandum de indulgentiis, unde indulgencia sic“. *Expl.* „senciendum est de indulgencys.“

e) 96^b—97^b Vacant.

f) 98^a—222^a **S. Thomae** quotlibetum (in fine cum registro). *Inc.* „Quesitum est de deo“. *Expl.* „vel alio modo.“ In fine text. fol. 217^b: „Et sic est finis huius quodlibeti per me E. L. anno domini 1470.“

g) 222^b—223^a Vacant.

h) 223^b—285^a Homiliae XL. **S. Gregorii** papae (init. registr.). *Inc.* „In basilica sanctorum processi“. *Expl.* „in unitate spiritus sancti deus.“

i) 285^a—289^a Homilia secunda **Origenis** super illo evangelio: „In principio erat verbum.“ *Inc.* „Vox spiritualis.“ *Expl.* „et spiritu sancto amen.“

k) 289^a—294^b Homilia **B. Hieronymi** super evangelio: „Seitis quia post biduum pascha.“ *Inc.* „Erubescant qui putant“. *Expl.* „omni gloria videbitis.“

l) 294^b—298^a Homilia **B. Gregorii** papae de publicanis. *Inc.* „Hestiorum tempus“. *Expl.* „eorum nolite facere.“

m) 298^a—299^b Homilia **S. Johannis Chrysostomi** super evangelio: „Super cathedram Moysi.“ *Inc.* „Postquam dominus impios sacerdos“. *Expl.* „et loco priori.“

n) 299^b—301^b Sermo de s. Johanne Baptista. *Inc.* „Heu quid agam“. *Expl.* „et virtus in secula seculorum amen.“

o) 301^b—315^a Sermo de passione domini. *Inc.* „Carrisimi Cristus passus est“. *Expl.* „regnat in secula seculorum amen.“

p) 315^a—320^a Alius sermo de passione domini. *Inc.* „Amen, amen dico vobis“. *Expl.* „filius et spiritus sanctus amen.“ (320^b vacat.)

q) 321^a — 373^a **Antonii Rampigollis** alphabetum utile pro sermone, alias aurea biblia. *Inc.* „Absti-

nencia est meriti“. *Expl.* „cristianos actuum XIII. et sic est finis 1472.“

r) 373^b—380^b, 403^{ab} Octo Homiliae (I, III—IX, secundam vide fol. 285^a—289^a) **Origenis**. *Inc.* „(I)n illo tempore“. *Expl.* „in secula seculorum. Explicant Omelie beati Gregorii pape et Origenis presbiteri sub anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo in die Mercurii ante festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste etc.“

s) 381^a—402^b **Anshelmi Cantuariensis** archiepiscopi libri duo, cur deus homo. *Inc.* „Opus subditum propter quosdam“. *Expl.* „est benedictus in secula amen.“

t) 404^{ab} Vacant.

u) 405^a—413^b **S. Isidori** episcopi liber differentiarum. *Inc.* „Inter deum et dominum“. *Expl.* „humilitatis. Laus deo. Explicit liber differenciarum de subditis anno domini 1471^o.“

v) 414^a—449^b Speculum humane salvacionis cum prooemio. *Inc.* „Incipit prohemium cuiusdam nove“. *Expl.* „in perpetuum benedictus amen etc.“

w) 450^a—451^b Fragmentum cuiusdam homiliae. *Inc.* „Talis enim decebat ut esse“. *Expl.* „merito celis alcior sanis est.“

z) 452^a—462^a Extractus e summa magistri **Wilhelmi**. *Inc.* „Ad honorem gloriose“. *Expl.* „fides meos iam Christi etc. Hec omnia scripta sunt de summa magistri Wilhelmi Parisiensis cancellarii anno domini LXVII. in die sancte Gerdrudis etc. et sic est finis.“ (462^b Vacat.)

x) 463^a—472^a **Innocentii tertii** tractatus de contemptu mundi seu de vilitate humanae conditionis. *Inc.* „Domino patri karissimo“. *Expl.* „proditores. Explicit tractatus Innocency tercy de contemptu huius mundi completus sexta feria ante Letare anno LXVII^o.“

y) 472^a—473^b Epistola de correctione haereticorum nec non Wikleffistarum. *Inc.* „Deficiunt in prelatis omnes“. *Expl.* „domino nostro amen. Anno domini 1467. explicit epistola etc.“ (474^{ab} vacant.)

Fol. 1^a legitur haec nota a manu saec. XV. scripta: „Volumen domini Johannis de Keszmarkt plebani in Menhartzdorff, in quo continentur isti libri:“ (sequitur index codicis.)

76.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 20.

a) 1^a—18^b Libellus **Avicennae** de viribus cordis, translatus ab Arnoldo de villa nova Barchinone. *Inc.* „Tractatus primus de origine spiritus et generibus eius“. *Expl.* „opusculum terminandi etc. Expletus est libellus de viribus cordis, quem princeps Avicenna edit. Scriptus Ratispone anno 1483. die XIII. mensis Julii etc.“

b) 19^a—20^b Vacant.

77.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 157.

